

¹⁾ Wiener Konkordat 1448 II 17; Zeumer, *Quellensammlung* 266–268. S.o. Nr. 750 Anm. 3.

²⁾ Wenige Tage später (1448 III 19) stellte Nikolaus V. die Bestätigung des Wiener Konkordats aus; *Mercati, Raccolta* 181–185. Exemplare dieser Bestätigung gehörten wahrscheinlich zum gleichen Botengepäck wie die vorliegende Nr. 752. Das Exemplar in UTRECHT, Rijksarchief, Archief Domkapittel 82 (s. Heeringa, *Inventaris* 20), wurde auf Veranlassung des NvK ebendort allerdings erst 1451 XI 1 publiziert; s.u. unter diesem Datum. — Nach B. Müller, *Das Rechtsverhältnis zwischen dem Kollegiatstift St. Florin in Koblenz und der Pfarrei Montabaur*, in: *Arch. f. mittelh. Kirchengesch.* 6 (1954) 122, soll in einem Rechtsstreit um den Zehnten von Montabaur (WIESBADEN, *HStA*, 116, VIIIb 59 Nr. 1) ein Kommentar des NvK zum Konkordat angezogen worden sein. Der dort genannte Autor ist aber nicht NvK, sondern der spätere Kanonist Lorenz Nicolartus.

1448 März 23, Rom.

Nr. 753

Eintragung im Rechnungsbuch des päpstlichen Depositors Robertus de Martellis über Geldzahlung für NvK.

Or.: ROM, Arch. di Stato, Camerale I, Conti della Depositeria Generale 1754 f. 92^v.

Der Depositar belastet die apostolische Kammer mit 300 Gulden, die er dem Mandat des päpstlichen Thesaurars vom 19. Januar 1448 entsprechend¹⁾ gezahlt hat: a messer Niccola Daccusa per sue spese.

¹⁾ S.o. Nr. 748.

1448 März 23, Rom.

Nr. 754

Eintragung in den Ausgabenregistern der Camera Apostolica über Geldzahlung für NvK.

Or.: ROM, Arch. Vat., Intr. et Ex. 414 f. 72^r und 415 f. 84^v.

Der päpstliche Depositar Robertus de Martellis hat für sich 300 Gulden einbehalten, die er dem Mandat vom 19. Januar 1448 entsprechend in partibus Alamanie gezahlt hat: domino Nicolao de Cusa pro factis s. d. n. pape.

1448 März 24, Koblenz.

Nr. 755

NvK predigt. Thema: Tercia die resurrexit.

Zur Überlieferung s. Koch, *Untersuchungen* 87 Nr. 69; künftig b XVII Sermo LXXIV.

Über dem Text: In die Pasche Confluencie 1448.

1448 April 15, Koblenz.

Nr. 756

Allgemeine Kundgabe des NvK über die ihm von Kardinal Johannes <Carvajal> aufgetragene Bestätigung der Güterkäufe der Koblenzer Kartause in Oberlahnstein und Maasbommel.

Or., Perg. (kleines Krebsiegel, ziemlich gut erhalten, an Hanfschnur¹⁾), als Transfix verbunden mit Nr. 751: WIESBADEN, *HStA*, 107,45 (zur Herkunft s.o. zu Nr. 751).

Kop. (18. Jh.): KOBLENZ, LHA, früher 701 AVII 1|15 f. 34^r–35^v, jetzt 108, 1000 p. 59–62, im Anschluß an Nr. 751 mit der verbindenden Vorbemerkung: Confirmatio per modum transfixi.

¹⁾ S.o. Nr. 266 Vorbemerkung und Abbildungsnachweis bei Nr. 511.

Die in der Arenga Z. 7f. auffallende Nutzung eines wichtigen Themas cusanischen Denkens — das Gottesgeschenke von oben nach Iac. 1, 17 —, zudem in der wörtlich übereinstimmenden Umformulierung *superno dono* wie in *De docta ignorantia* n. 263, dazu die zweimalige für den Stil des NvK charakteristische Ersetzung des Aussage-*quod* durch *quomodo* (Z. 32 und 50), lenken, wenngleich das zweite Argument allein noch nicht beweiskräftig ist (s.o. Nr. 85 Vorbemerkung), so doch in ihrer Verbindung auf NvK selbst, nicht auf seinen instrumentierenden Sekretär Johannes Stam (Z. 98), als Textverfasser. Die Textverderbnisse Z. 41–44 und 61 sind nur erklärlich, wenn der flüchtige und sich korrigierende Konzipient und der seinen unübersichtlichen Text mißverstehende Schreiber nicht personengleich sind. Bedenkt man die enge Beziehung des NvK zur Koblenzer Kartause (s.u. Anm. 2), so liegt es nahe, daß er sich diesen Text selbst vorbehalten hat. — Die Erwägung von Vansteenberghe 26, daß NvK die Anregung zu dem in KUES, *Hosp.-Bibl.*, Hs. 12 f. 53–69, abgeschriebenem *Opus pacis* (über Textreinheit und -richtigkeit in *Kartäuser-Handschriften*) des Kartäusers Oswald, hier mit dem Kolophon: *Finitus Confluencie 1449 12^a novembris* (s. Marx, *Handschriften-Sammlung* 9), gegeben hätte, ist gegenstandslos, da der genannte Kartäuser (ein Freund Gersons) das Werk 1417 in der Grande Chartreuse verfaßt hat; s. P. Lehmann, *Bücherliebe und Bücherpflege bei den Kartäusern*, in: *Misc. Francesco Ehrle* V, Rom 1924, 364–389 = Lehmann, *Erforschung des Mittelalters* III 121–142 (mit Teiledition). Die Kueser Hs. gibt lediglich das Datum der Abschrift; weitere Hss. s. bei Lehmann a.a.O. Der Vermutung bei Marx a.a.O. zuwider handelt es sich bei f. 53–69 nicht um die Hand des NvK, der, im Unterschied zu den beiden Werken, die in der Hs. vorausgehen und folgen, hierzu auch keinerlei Randnoten angebracht hat.

Nicolaus de Cuſa decretorum doctor archidiaconus Brabancie in ecclesia Leodiensi commissarius ad infrascripta a reverendissimo in Christo patre ac domino domino Iohanne sancti Angeli sacrosancte Romane ecclesie cardinale sancte sedis apostolice per Germaniam de latere legato <deputatus>, prout in litteris eiusdem domini legati, cui hec nostra transfixa est, constare poterit, universis et singulis presentibus et futuris in domino salu- 5 tem.

Corruptibilis humane nature condicio ne posteris omnia incerta relinqueret, superno dono artem litteralium figurarum, qua presenciam futuris transmitteret, extat assecuta, ut sic connata cupiditas in pacem semper conspirans freno veritatis gestarum rerum iuste compescatur. Hac ex causa dum rerum dominia de successoria linea transferuntur in alienos, eo 10 caucius providendum veteres recte statuerunt, quo successione privati possessores favorabiliter impugnare permittuntur.

Huius rei gracia religiosi et deo devoti fratres prior et conventus Montis Sancti Beati prope Confluenciam Treuerensis diocesis Carthusiensis ordinis dum nonnullas pecuniarum summas ad finem sustentacionis fratrum deo famulancium in prefato eorum monasterio elargicione fidelium in empcione decimarum et possessionum exponere deliberassent, omnem eam nisi sunt adhibere diligenciam, ut iusto titulo acquisita sine impugnatione possideant, reverendissimum in Christo patrem dominum Iohannem cardinalem et legatum antedictum humili prece pulsantes, ut examinatis contractibus et iustis compertis confirmationis oppugnaculo ex adverso insultantibus viam clauderet. Et quia legatus ipse apostolicus in remotis agens arduis impeditus <negociis> nobis contractuum ipsorum examen et confirmacionem, si ita agendum constaret, commisit, nos Nicolaus volentes, ut tenebamus, huiusmodi commissionis officium diligenter exequi, prefatos religiosos priorem et conventum Montis Sancti Beati moneri fecimus, ut coram nobis in certo preemtorio termino, ad quem omnes et singulos sua interesse putantes per edictum in valvis ecclesiarum 25 affixum vocavimus, contractus, quorum confirmacionem a nobis vigore commissionis nobis facte desiderarent, in medium producerent et examini subicerent.

Quo quidem termino adveniente pro parte prefatorum religiosorum duobus contractibus empcionis et vendicionis coram nobis ad examinandum et confirmandum in medium productis proclamatoque, si ex adverso quisquam adesset eosdem impugnaturus, et nullo 30

26 affixum: affixo

comparente, ad examen eorumdem contractuum procedentes comperimus primum contractum in summa habere, quomodo reverendus pater Cuno de Belderßheim abbas et Iohannes de Dynen prior et Iohannes Krieg monachus totusque conventus sanctorum Petri et Marcellini in Seligenstat Maguntinensis diocesis ordinis sancti Benedicti ordinario subiecti bona, domus, curiam et torcularia sita in opido Laenstein Superiori Treuerensis diocesis circa inferiorem portam eiusdem opidi cum attinenciis quibuscumque in districtu Oberlaensteyn situatis prefatis religiosis fratribus priori et conventui Montis Sancti Beati prope Confluenciam Carthusiensis ordinis pro mille nongentis florenis superioribus de Reno vendiderunt et numerando satisfecerunt. Quam quidem pecuniam in evidentem utilitatem eiusdem monasterii testimonio reverendissimi domini Theoderici et venerabilis capituli sui Maguntinen(sium) versam testantes, eundem contractum per prefatum dominum abbatem in Seligenstat et suum conventum multis tractatibus precedentibus et <ob> necessitatem eiusdem pro recuperacione aliorum bonorum monasterio magis utilium factum et sigillatum approbarunt et confirmando suis sigillis roborarunt, prout hoc ex litteris authenticis de data anni domini nostri millesimi quadringentesimi quadragesimi sexti die sabbati post festum sancti Iacobi apostoli coram nobis productis et per nos diligenter examinatis luce clarius ostensum existit.

Estque secundo loco coram nobis pro parte prefatorum religiosorum Carthusiensium Montis Sancti Beati contractus alius empcionis et vendicionis duarum terciarum decime in Maeßbómel Coloniensis diocesis productus, quomodo scilicet quidam Iacobus de Rymdiick eiusdem Coloniensis diocesis laicus ipsas duas tercias de consensu nobilis domini Friderici comitis de Morßa, a quo ipsas duas tercias decime se in feudum habere recongnovit, ipsis prefatis priori et conventui Montis Sancti Beati Carthusiensis ordinis pro summa mille quingentorum et quinquaginta scutorum antiquorum Francie vendidit, de qua summa ipse Iacobus venditor sibi satisfactum recongnovit, ac quod ipse dominus Fridericus comes feudi dominus cessionem ipsius Iacobi possessoris feudi et omnium attinencium eidem Iacobo ad eorumdem supplicacionem admiserit et paribus curie presentibus duos, scilicet Iudocum de Bopardia et Laurencium de Duren donatos in monasterio Carthusiensi prefato sancti Beati nomine prioris et conventus ipsius monasterii sancti Beati de duabus terciis decime in Maeßbomel hoc pacto investiverit, quod ipsis et cuilibet eorum decedentibus in eorum locum alii donati eiusdem monasterii Carthusiensis ab eodem comite Friderico et suis successoribus communi onere, quod dicitur verhergeweden, cum sedecim florenis superioribus de Reno relevato et soluto investituram nomine prioris et conventus sancti Beati prefati petere et accipere debeant, quos et ipse comes Fridericus pro se et suis successoribus investire promittit, prout hec in litteris sigillatis de data anni domini millesimi quadringentesimi quadragesimi primi in crastino Circumcisionis domini principalium sigillis coram nobis productis aperte constare comperimus.

Instabant igitur prior et conventus sancti Beati pluries nominati, quatenus nos iuxta traditam commissionem procedendo, attento quod contractus coram nobis producti iusti et firmi probati forent, eosdem apostolica auctoritate in futurum absque contradictione et impugnatione servandos cum decreti interposicione confirmationis robore muniremus. Unde cum nos omnibus mature recensitis ambos praedictos contractus iustos et rationabiles omni ex parte eiam solemnitatibus iuris intervenientibus reperiremus, ita quod nichil ambigui apud nos remaneret, iudicavimus iam dictam supplicacionem rationabilem et iuxta nobis datam commissionem merito exaudiendam. Quapropter omnibus et singulis

41 versam testantes: qui 44 sigillatum: sigillatum versam testantes 61 ab: qui ab

ecclesiasticis et secularibus iudicibus presentibus et futuris ubilibet constitutis et consti-
tuendis ac aliis universis fidelibus presencium tenore insinuamus, quod nos auctoritate no-
bis commissa duos ipsos contractus empicionis et vendicionis scilicet bonorum in Laen-
steyn Superiori quondam abbatis et conventus in Seligenstat et duarum terciarum decime
in Maeßbomel quondam Iacobi de Rymdiick iustos esse < . . . > prioremque et conventum 80
Carthusien(sium) Montis Sancti Beati prope Confluenciam prefata bona et decimas cum at-
tinenciis iusto empicionis titulo acquisivisse, possedisse et possidere et in futurum pacifice
possidere debere, eosdem contractus apostolica auctoritate approbantes, confirmantes et
auctorizantes, decernentes eosdem priorem et conventum omni futuro tempore absque
omni inquietacione, uti hodie possident, ipsa sic empta possidere debere et in ea posses- 85
sione per omnes iudices pro tempore tuendos esse, ac quod quidquid in contrarium actum,
gestum vel attemptatum unquam fuerit, quod hoc sit iniustum, irritum et inane. Ad horum
omnium robur et testimonium sigillum nostrum ad presens transfixum duximus appen-
dendum.

Datum Confluencie, in domo habitacionis nostre anno a nativitate domini millesimo 90
quadringentesimo quadragésimo octavo, indictione undecima, die vero lune decimaquinta
mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Nicolai di-
vina providencia pape quinti anno primo.

*Es folgt Unterfertigung durch Iohannes Stam clericus Treuerensis diocesis publica imperiali auctoritate
notarius. Er bekundet, daß er bei der Vorlage des Legatenschreibens und bei den anderen oben genannten Akten anwe- 95
send war und das vorliegende Instrument daraufhin eigenbändig geschrieben, mit seinem Zeichen und Namen und mit dem
anhängenden Siegel des genannten Archidiacons und Kommissars versehen habe. Daneben sein Signet: Ein mit seinem
Kopfscharnier auf einem Kästchen stehender geöffneter Zirkel; darin: Io. Stam.²⁾*

80 nach esse ist declaramus oder ein ähnliches Wort zu ergänzen.

²⁾ U.a. auf Nr. 751 und 756 nimmt offensichtlich die umfangliche Eintragung über NvK im Nekrolog der Koblen-
zer Kartause Bezug; KOBLENZ, LHA, ehemals 701 A VII 1 Nr. 16, jetzt 108, 1011 p. 19: Sciendum quod
reverendissimus in Christo pater dominus Nicholaus de Cusa cardinalis tituli sancti Petri ad vincula dedit
in prompta pecunia c flor. Rinen(ses) ad subsidium unius celle edificande (dazu am Rand von anderer, nur
wenig späterer Hand: que est cella K). Item unum equum in valore xx flor. Item procuravit nobis bullam
unam pro decimis nostris conservandis, quam gratis nobis presentavit. Et insuper in omnibus negociis
arduis domus nostre ipse fidelem se exhibuit et ideo merito pro ipso fideliter est orandum. Habet insuper
anniversarium perpetuum pro se et pro quibus desiderat, sicut ipse per se satis hu(m)iliter supplicavit. Zu
diesem Anniversar s. ebendort p. 181 unter dem 11. August: Reverendissimus d. Nycolaus de Cusa cardinalis
tituli sancti Petri ad vincula amicus domus huius. Zur Randbemerkung über die (für NvK selbst vorgesehene?)
Zelle: Michel, Kirchliche Denkmäler 298; Koch, Umwelt 151 Anm. 27. — NvK bestimmte den Koblenzer Kar-
täuserprior neben dem Prior von Niederwerth zum Visitor seiner Hospitalgründung in Kues; s. vorerst Marx,
Armen-Hospital 62.

1448 April 24, Rom.

Nr. 757

Der Kardinalkämmerer Ludouicus von St. Laurentius in Damaso an den päpstlichen Thesaurar
B. Franciscus von Ferrara. Geldanweisung für NvK.

Kop. (gleichzeitig): Rom, Arch. di Stato, Camerale I, Mandata camerale 831 f. 72^r.

Erw.: Vansteenberge 85 Anm. 2.